



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Theodorvs M. 19. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

195 VITA SANCTORVM. 19. April.
ratus. Rerum adversarum patientia in Iobi comparationē evixit. Obiit anno Christi D.CC.XIII. de cælo obtainendo sollicitus imprimis, ut qui jam scalas admoverat, antequam nasceretur. Ex Rāther. Veronense.

Multi simplices & humiles calos penetrant. Nullus verò arrogans, quamvis omnium liberalium polleat scientiā, ad cælestē admittetur convivium, tantoq; gravioribus cruciabitur pœnis, quanto nūquius donum Dei tractaverit. S. Laur. de Calto Connub. c. 14.

S. THEODORVS M. 19. Aprilis.
THEODORVS cùm sacramentum, quod CHRISTO dederat, Marti negasset, post fustuarium craticulæ injectus, pice ac sulphure perfunditur. Sed cùm crudelitate hac tellus commota è sum aquas, quæ rogū extinguerent, effudisset: THEODORVS incolumis ad Marti devotos provocavit: iret ex omnibus unus aliquisin rogum, Deumq; suum etiam ipse probaret. Illi causæ diffisi rem ad sacrificulos rejecerunt. Ex his etiam DIOSCORVS adductus, palam Iovis patrocinium respuit, suscitque ipse è flammis causam Iupiter dicere jubaretur; se diem ei dicturum, se ex fano obtorto collo ad judices ignes rapturum, cæloque pulcherrimo, quod unquam fecisset, sacrificio ipsut Iovem immolaturum: probaret ille fulmine se Deum, pictosque suos ignes, & unā hos in caput sacrificantis, si posset, congereret. In doluit Iovem, ludos fieri Proconsul, & DIOSCORVM jam Christianum flammis, THEODORVM vero quadrigis raptandum dedit. Hic verò abeuntibus in præcipitum equis, alio è cælo curri, triumphans in Praetorium venit. In succensam exinde

April. VITÆ SÆNTORVM. 197

exinde cum militibus, quibus hæc miracula fidem fecerant, in fornacem conjectus, altero mane loqui reperitur PHILIPPÆ matri, quæ triennio ante captiva abducta, ad preces filii per Angelum tum erat reducta. Ad volatigitur tyrannus, milites hastâ transfigit, matrem capite multat, THEODORVM ipsum in crucem agit. Sed ille post tot victorias, non petiisset aliud trophyum.
Ex Meneis.

Non est patiendum, ut assidua de Deo cogitatio ex animis nostris elabatur; agendumque assiduè, ut ex perpetuâ recordatione impressam cordibus nostris piam de Deo cogitationem, velut indeleibile signum circumferamus. S. Bas. in Reg. fus. disput.

S. WERNHERVS M. 19. Aprilis.

VERNHERVS rusticus, ex Treverensi agro, progenies egenis comparabat paratum diurno labore obsonium: vitrici asperitatem, ipse tam miti ingenio, fugere coactus, in opiliones haud paullò mansuetiores incidit; nam & mapalibus fugientem, & esurientem cœnulâ exceperunt, quibus ne oneri foret hospes asymbolus, defixo humi bacillo, novum è terra fontem salire jussit: à Pastoribus digressus in feras incidit; annum enim agentem X IV. Iudæi adhuc Christi in Christianis sanguinem sientes, capite prono columnæ alligant, S. Hostiam ab ore repetituri: loris deinde ac ferro per omnia membra crudelissimè græssati, satis docuerunt quam longè Apellæ omnem humanitatis sensum abjacerint: nam et si triduo inter tormenta exacto, omnium opem ac commiserationem exposceret, eam tamen neque apud judicem argento corruptum reperit, inter acerbissi-